

*Rond. lib.
16. cap. 16.
de pisc.*

*Libr. 3.
cap. 22.*

*Plin. libr.
10. cap. 62
Auctor
ad Pis.*

da, ut verbis utar Ródoletij. De testibus varia scribit Aristoteles. Libro 4. de partibus animalium, sic inquit: nullus piscium, nec intus, nec foris testes habet, neq; animalium pedibus carentium ullum, neque serpentes. Idem quoque prius libro 3. capit. 1. dixerat, cujus sententiæ veritatem, sectio anatomica, & inspectio redarguit. Delphines inter pisces oblongos habent, id quod alibi sui oblitus Aristoteles affirmat. Vituli etiam Marini testes habent, & penem Balænæ. Vipereum marem testes habere, & penem ex inspectione innotescit. Tubero etiam Indici maris piscis genitale membrum duplex habet, seu foemina vulva bifida. Serpentes retinere pulmones testatur Aristoteles, Penem verò habent, quæ respirant, quibusque sunt testes. Penem igitur esse in mari vipereo ex sectione facilè apparebit. Non igitur verum est, Viperam caput maris abscindere, neq; per os genituram immitti, uti plures ex gravissimis scriptoribus tradiderunt. Duplex autem partus Viperæ contingit, unus naturalis, cum catulli Viperini obvoluti membranis exeunt uterum, ovumq; videtur, sed statim extra uterum membranas frangunt abrumpuntq;, & mox foras exeunt omnes prima die, non triduo, ut Aristoteles velle videtur, triduo verò ab exitu membra-

membra-